Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

December

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

M · D · LXV :

DECEMBER

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Maximilianus &c

704° Archiduci Carolo

Serenissime Princeps, frater noster char.mo Cum literas matrimoni:
ales solemnes, quas à nobis iuxta conuentiones coniugales, ratio:
ne Ser.mar. Dominarum Barbaræ et Joannæ Austriæ Archidu:
cissarum &c. sororum nrarum charissimarum. Illu.bus Alphonso
Duci Ferrariæ &c. et Cosmo Duci Florentiæ &c. eiusq; filio
Francisco Principi Florentiæ, consanguineo, affini, sororijs,
et Principibus nris chariss. exhiberi oportet, à Vra quoq;
Dil.mo subscribi, et eiusdem sigillo appenso corroborarj
conueniat, mittimus eas Vræ Dil.ni per hunc speciatim
in id destinatũ à Nobis Cursorem ut ab eadem Vra Dil.e
comodius subscriptæ et sigillo eius appenso comunitæ
ad nos maturius referantur, ad Comissarios dein nros
coes Ferrariam et Florentiam citius etiam trans:
mittendæ, Addidimus pterea hisce etiam Instructio:
nes ijsdem Comissarijs nris mittendas, quas itidem Vra
Dil.mo subscribet, sigilloq; impsso signet, ac mox in eodẽ
cum literis Matrimonialibus supdictis fasciculo ad
nos remittat. Etsi aũt in his expediendis, dum lræ

quidem

quidem Matrimoniales elegantiori charactere accuratius nõnihil nostr iussu conscribuntur: maior opinione nr̃a tracta est mora. tamen ne quicq̃ proinde in necessarijs ad actus Nuptiales absoluendos desideraretur, scripsimus ad p̃fatos Comissarios nr̃os cões tàm Ferrariam quàm Florentiam destinatos, missis ad eos cæteris scripturis, quibus ad agenda ea, quæ in executionem utriusq̃ matrimonij nr̃a ex parte et comuni nr̃o nomine gerenda supersunt, opus habẽt, ut Renunciationem, quam utraq̃ Soror nr̃a altero post matrimonij consumationem die, uirtute pactorum dotalitiorum facere tenetur, nihilominus consumato matrimonio, solenniter fieri procurent. Quod quidem nunc Vr̃am Dilm̃ scire oportuit: Qua porro delato ipsi oĩs fraterni amoris et beneuolentiæ nr̃æ officio ualere optime et diu exoptamus. Datæ Viennæ iii.a Decemb. Anno 2c̃ M.D.LXV.

Maximilianus &c.

705 Archiduci Ferdinando

Serm̃e Princeps, frater noster charm̃e. Cum lr̃as matrimoniales solennes, quas à nobis iuxta conuentiones coniugales, ratione Serm̃ae Dominarũ Barbaræ et Joannæ Austriæ Archiducissarum sororum nostrarum charm̃ae Illu.bus Alphonso Duci Ferrariæ &c. et Cosmo Duci Florentiæ &c. eiusq̃ Filio Fran-

cisco

cisco Principi Florentiæ, Consanguineo, Affini, Sororijs et Prin:
cipibus nr̃is charissimis, exhiberi oportet, à Vr̃a quoq; Dil.ne sub:
scribi, et eiusdem Sigillo appenso corroborari conueniat, mitti:
mus eas Vestræ Dil.ni per hunc Speciatim in id testinatũ
à Nobis Cursorem, ut ab eadem Vr̃a Dil.ne commodius sub:
scribantur, et sigillo eius appenso communiantur: Addidimus
ꝑterea hisce etiam Instructiones Com̃issarijs nostris com̃uni:
bus Ferrariam et Florentiam destinatis mittendas, quas itidẽ
Vr̃a Dil.tio subscribat, sigilloq; impr̃sso signet, ac subscriptas et
signatas mox in eodem cum literis Matrimonialibus supradictis
fasciculo per hunc Cursorem Ferrariam et Florentiam rectà
perrecturum ad commissarios illos transmittat. Etsi autem
in his expediendis, dum literæ quidem Matrimoniales elegã:
tiori charactere accuratiùs nonnihil nr̃o iussu conscribuntur,
maior opinione nr̃a tracta est mora: tamen ne quicq; pro:
inde in necessarijs ad actus Nuptiales absoluendos de:
syderaretur, scripsimus ad ꝑfatos Com̃issarios nr̃os com:
munes tam Ferrariam quàm Florentiam destinatos,
missis ad eos cæteris scripturis, quibus ad agenda ea, quæ
in executionem utriusq; matrimonij nostra ex parte, et com:
muni nr̃o nomine gerenda supersunt, opus habent, ut Re:
nunciationem, quam Vtraq; Soror nr̃a altero post ma:
trimonij consum̃ationem die, virtute pactorum dotalitioꝝ,

facere

facere tenetur, nihilominus consumato matromonio solenni-
ter fieri procurent. Quod quidem nunc Vrām Dil.nem sci-
re oportuit: Quam porrò delato ipsi omnis fraterni amo-
ris et beneuolentiæ nrā officio valere optimè et diu exopta-
mus. Datæ Viennæ VII Decemb. Anno ꝑ M.D.LXV.

Postscripta Instructiones, de quibus in lris mentio fit, non
mittuntur, quod visum sit Sacræ Cæsareæ Mti sufficere,
si à se sola subscribantur et obsignentur, ne diutius Com-
missarij Ferrariam et Florentiam destinati eas desiderent
Datæ vt in lris.

706

Ad Regem Hispaniæ.

Maximilianus &c. Serenissime Princeps frater et pa-
truelis charme. Intelligimus ex Bernhardo Magno fabri-
cæ nrā Jaurien. pfecto nobis f. dilecto eius quendam con-
sanguineum Lazarum Magnum Capitaneum, ob summè fide-
lia et assidua multorum annorū obsequia, Diuo quondam
Carolo Vto Rom. Imp. patruo nro amantissimo, et Vrā quoq;
Serti. domi forisq; in supremam etiam uitæ suæ periodum
usq; pstita, annua quadam prouisione, ut uidelicet in Ducatu

Mediolanen.

Mediolanen. menstrui ipsi quoad viueret uitem Coronati pen-
derentur liberaliter donatum, non ita pridem vitam cum morte
commutasse, ac proinde eam quoq; prouisionem una cum ipso ex-
tinctam esse. Quando igitur idem Bernhardus qui minus
fideliter obsequenter et utiliter operam suam et officia tam
militaria quam alia q̃ potuit, annos pene uiginti Inclyte
nrae Domui Austriacae indefesse p̃stitit, ac etiamnum Jaurien-
sium nostrorũ aedificiorum Architecturae magno cum eius
loci commodo p̃est. omnino oret Vestra Sex.tas benignitatem
nostra intercessione ita sibi comparari, vt eadem prouisio
uicenorum sc̃z Coronatorũ menstruorũ per mortem Lazari
sublata, in ipsum quoq; quod superstes esset ex Vra Sex.tis
beneficentia conuerteretur; sane ex propensissima nra in
illum uoluntate, idem Nos quoq; impetratum illi, a Vra
Sex.tate peramanter et singulariter petimus, ut et ipse natiua
illa eiusdem Sex.tis Vrae in benemeritos p̃sertim munificen-
tia, qua non p̃fatum solum Lazarum sed et ceteros quosdã
illius gentiles gauisos esse accipimus, adiutus obseruantiam
suam summa et obsequendi studium quod maximè enititur
Vrae Sex.tis opportunius declaret. Obtinuerit aut
Vra S.tas id beneficij in hominem nec indignum nec ingra-
tum futurum, ac p̃terea nobis quoq; suum in Nos animũ

beneuolentiss.

beneuolentissimũ, et qui nr̃o nõie plurimum uelit, egregiè comprobauerit, occasioneniq; illud mutui nr̃i gratificandi V. S.ti desiderij officijs pensandi multum p̃buerit. De cætero Vræ Ser.ti uerè fraternũ et syncerũ amorem et beneuolentiam studiosissimè conseruantes à Deo fortunatissima oĩa ex animo p̃camur. Datæ Viennæ VII. Decemb. Anno ꝑ 65.

707

Comissarijs Florentiam destinatis

Maximilianus 2c. R.mæ ꝑ. In hisce inclasas accipiet R.ma P. V. et vos l.ras illas matrimoniales unà cum Instructione, quas missuros nos ẽe proxime scripseramus, plenè tandem expeditas, ut quod superest nunc quidem ex conuentionibus matrimonialibus Ser.mæ Dnæ Barbaræ sororis nr̃a char.mæ agendum, comodius perfici procuretis.

Actura est in hoc R.ma quidem P. Vr̃a pergratum nobis sui in nos studij antiqui officium, mutua nr̃a beneuolentia abundè compensandũ, vos uero ex benignissima nr̃a uoluntate, qua in vos admodum propensi sumus Datæ Viennæ IX. Decembris Anno ꝑ M. D. LXV.

Literæ

Literæ Comeatus pro Baptista à Molendino Organista Cæsareo.

708

Maximilianus &c. Notum facimus vniuersis Baptistam à Molendino tredecim annos continuos inter Sacelli nostri Musicos egisse Organistam, Organorumq; artificem, eoq; in genere ministerij sedulitatem fidem et obsequium suum ità pstitisse, vt abundè nobis satisfecerit, Nunc uero rebus suis comodiùs consuliturũ ex aula nostra Cæsarea, aliô bona pace et benigna uenia nra comigrare. Id quod in fortunarum suarum comodum Nos quidem hisce literis, quas nra et manu subscripsimus, et sigillo comuniuimus, contestatũ comprobatumq; benigne voluimus. Datæ Viennæ. xma Decemb. Anno ꝑ M.D.LXV.

709

Passus literæ pro Bernhardo Magno, in Italiam profecturo.

MAXIMILIANVS &c Omnibus et singulis Principibus &c. Et quia Bernhardus Magnus Fabricæ nræ Jaurien. pfectus in Italiam nunc iter habet vxorem familiam, resq; suas domesticas illinc aduecturus in has prouincias, Equidem à Vrgis quidem Dilbus et Deuotus amanter petimus. Vos uerò. &c. Datæ Viennæ xi. Decemb. 1565.

710

Literæ passus pro Pompeio Pugliano.

Maxi:

MAXIMILIANVS &c. Omnibus et singulis &c. Et quia Pompeius Puglianus à Cosenza, in Jaurino miles noster presidiarius ex aula nostra Cæsarea Neapolim, impetrata à nobis in aliquot menses abeundi licentia, iter nunc habet, Equidem à Vris Dilbus et Deuobus &c. Datæ Viennæ XIII Decemb. Anno M. D. LXV.

711°

Ad Regem Poloniæ

Maximilianus &c. Serme &c. Qui has ad Vram Stem feret, Georgius Mecks, Canonicus Tarpatensis in Liuonia eiusdemq; diocæsis in Pappafer hæres, à Moschouitarum Principe beneficio et patrimonio suo, omni ante annos octo eiectum sese esse, ac pter quod tempus Diui Ferdinandi Imp. parentis nri amantissimi me: augustissimæ commendatione bonorum Virorum beneuolentiam demeritus, uixit, de cætero vitam in exilio misere contriuisse, supplex nobis conqstus est, Et quia hoc demum tempore Vram Serem Liuoniæ tuendæ patrocinium suscepisse intelligit, spe optima alitur, ad sua tandem bona eiusdem Vræ Sertis ope reuerti se posse. Quam opem vt faciliùs impetret, nos quidem eius prcibus humillimis ea de re ad nos delatis, simul et hominis miseria benignissime

permoti

permoti, à Vrâ Ser.te beneuolenter admodum petimus, ut eundem Georgium, in recuperandis, quæ comuni calamitate indigne amisit, rebus suis hæreditarijs et patrimonio, comendatum sibi esse, nostræq; huius comendationis fructus speratos referre benignissime uelit, Actura in hoc officium per se pium, quod nobis etiam pergratum sit obtigiturum, mutua fraterni amoris et beneuolentiæ testificatione libenter compensandum. Valeat eadem S.tas Vrâ prosperrimè Dat. Viennæ XV Decemb. Anno 2c. M. D. LXV.

712 Literæ passus pro duabus capsis Cardinalis Delphini

Maximilianus &c. Vniuersis et singulis &c. Mittimus per eum qui has feret, Romam ad Mag.cum f. d. Consiliarium nrum et apud Sum.um Pont. Oratorem Prosperum Archi Comitem, arcas duas, capsulas totidem tapeta item duo colligatu eodem curru uecta, quæ ut tutius illuc transferantur: Il Vris quidem Dil.bus et Deuot.bus &c. Datæ Viennæ XV Decemb. Anno 2c. M. D. LXV.

713 Literæ passus pro Oratore Florentino:

MAXIMILIANVS &c. Et quia Nobilis fidelis nobis

delis nobis dilectus Julius Baro de Recasolis, Patritius Florentinus, qui Illu.is Florentiæ Ducis 2c. apud Nos Oratorē egit, reditum Florentiam instituit, ei uero Nos tam obuirtutum suarum selectissimarū merita insignia, quam morū suorum suauitatem et erga Nos studium propensissimū benignissime cupiamus, Equidem à Vr̄is quidem Dilg.bus et Deuotis.bus &c. Datæ Viennæ XV Decemb. 65.

Maximilianus &c.

714° Ad Ladislaum Keretschiny.

Mag.ce f. n. d. Accepimus literis tuis XVII huius scriptis, accelerato, quantum potuit itinere Viennam te peruenisse. Volumus itaq; profectionem te tuam porro ita instituere, vt ad festum Innocentū nobiscum Lintzij omnino esse possis. Acturus in hoc ex benigna nr̄a uoluntate, qua in te propensa ferimur. Datæ apud S. Hypolitum XIX Decemb. Anno ꝯ LXV.

715° Ad Regem Poloniæ. Lræ Credentiales, pro Joan: Bernhardo Malzan.

716° In simili pro Wenceslao Zewulka in Schönwalt Sup.mo Receptore prouentuū Oppauien.is et Ratiparensis Principatuum &c.

Maxi:

Maximilianus &c. Ser.me &c. Mittitur à Nobis ad Ser.tem Vr̃am Generosus noster dilectus fidelis Joannes Bernhardus Malzan, Baro in Warttenberg et Pentzelin &c. mandatum habẽs nostro nõie eidem V. Ser.ti quædam speciatim exponendi et declarandi. In his igitur vt Vr̃a Stãs. ei pro solita erga Nos obseruantia beneuolentia et studio fidem benigne habeat, ac de cætero in re, quam ipsi commendamus clementem sese exhibeat amanter et fraterne petimus, mutuo amore et Synceri consanguinei et fr̃is officijs q̃ ipsi paratissima semper sunt libenter de ipsa demerituri, Quam Deus saluam diu conseruet. Datæ. Lintzij. XXIIII. Decemb. Anno. LXV.

Maximilianus &c.

717

Instructio pro Joanne Bernhardo Malzan, Barone in Wartenberg et Peuzelin &c.

Instructio pro Magnifico dilecto nobis fideli Joanne Bernhardo Malzan Barone in Wartenberg et Peuzelin. &c. et casu, quo hic per infirmitatem corporis, aliudue arduum impedimentum, profectionem eam suscipere non possit, pro Egregio fideli nobis dilecto Wezeslao Zebulka in Schönwaldt, sup̃mo nr̃o Receptore prouentuum Oppauien. et Ratiborien̄sis Prin:

cipatuũ

cipatuum, quid nro nomine apud Serm. Principem Domi:
num Sigismundum Augustum Regem Poloniæ, Magnũ Ducẽ
Lithuaniæ, Russiæ et Prussiæ, Moscouiæ, Samogotiæq;
Dnũm et hæredem, frem Sororiũ et consanguineum nrum
charm. proponat et sutagat.

Primùm Serenitati suæ redditis nris, quas huic Instructi:
oni conùnximus, fidei literis, deferet propensam et Con:
sanguinei Synceri voluntatem, amorem et amicitiam nram,
et porro significabit, fidedignè nobis expositumesse, etsi
quondam Serm. Princeps, Dominus Sigismundus Rex
Poloniæ &c. laudatissimæ et pijssimę memoriæ, Mag.
quondam Albatio Zeme &c. Marię burgensi Palatino,
Stumensi Meuensiq; Capitaneo, ob multorum annorum
seruitia, eademq; insignia et summè fidelia, Regno
Poloniæ pstita, possessionem Kristpurg ità donasset,
ut hæc non ipsi solum Albatio, sedet posteris eius,
et successoribus legitimis, quoad ex his aliqui superes:
sent, libere cederet, atq; atq; eam insuper donationẽ
literis necessarijs et solemnibus documentis confirmas:
set: nihilominus tamen Serm. eius, statim à morte
pfati Zeme senioris, tandem possessionem à Juniore

Zeme

Zeme eiusq; fratribus per uiam executionis repetijsse, et vt eam desererent et abdicarent exegisse:.

Quando igitur Nos p̄fatum quondam Achatium Zeme uti vi:rum ab integritate et virtute sua spectatissima totos vitæ suæ dies optimorum quorumq; virorum com̄endatione collaudatū clementer agnouimus, et huius p̄terea filium Mag.cū p̄ciso:rem nr̄um dil: fidelem Fabianum ob officia sua fidelissima et indefessa, quibus in aula nr̄a Cæsarea ab aliquot iam annis inseruiens nobis cumulatè satisfecit, q̄q; etiamnū in dies p̄stat, fratresq; eius benignitate nr̄a singulari iampridem complecta:mur, et perlibenter foueamus, equidem p̄termitti à nobis mi:nimè potuisse, qum ad Ser.tem eius Commissarium se Legatum nr̄um in id à nobis destinatum cum hisce ablegaremus.

Ab eius itaq; Ser.te Nos amanter et fraterne petere ut pro sua nobis gratificandi propensione, p̄fatū Fabianū eiusdemq; fr̄es iamdictæ possessionis suæ Kristpurg quietos porrò possessores esse, quemadmodū hanc pater eorum hactenus possedit, et potitus est, benigne patiatur, et si quid iam de occupanda illa statuisset aut mandas:set, in nostri honorem et amorem tollere et cassare, clemen:ter uelit: adeoq; hanc nostram intercessionem tàm be:

neuolam

neuolam, et ex summa nra erga eosdem Zemen benignitate profectam, tantum apud se ponderis habere sinat, atq; eius-modi nobis responsum per Legatum nostrum significet, ut quod ijdem Zemen ea nra comendatione freti sperant, re ipsa pro animi sui uoto consequi mereantur. Polliceri aut Nos vicissim suae Serj. certo et indubitate quacunq; in re deinceps nostra ipsi beneuolentia et amor usui est futura, hunc non pari solum officio, sed et maiori, si compellabimur, amanter et libentissime Nos esse comprobaturos, et Suae Serj., quantum possibile erit, obsecundaturos. Ad haec ipsos frres Zemen eius gra et beneficij à sua Serj. accepti, memoriam gratissima nunq; esse deposituros, quin ipsos, eorundemq; posteros, uti fideles et obedientes subditos, de sua Serj. et laudatissimo Regno Poloniae illud obsequiorum suorum sedulitate demereri pro viribus perpetuo laboraturos. Quicquid aut Legatus noster iam-dictus ea in re, quam equidem illi suma curae ee, studioq; indefatigabili et accuratissimo ab ipso sata-gi cupimus, procurauerit et effecerit, de eo per oc-casionem comodam literis suis certiores Nos speria-

tim faciet

tim faciet. Acturus in his ex benigna nr̃a voluntate, et Clemẽ-
tiam erga se nr̃am abundantiorem etiam demeriturus. Datæ
Lintzij XXV Decembris Anno ꝓ M. D. LXV.

718°

Literæ passus pro Equis VIII^to. Don
Joannis Manrique in Italiam abdu-
cendis.

MAXIMILIANVS &c. Vniversis et sin-
gulis &c. Et cum p̃sentium lator Antonius Zereiol Mag-
nifici Cubicularij nr̃i fidelis dilecti Don Joannis Manrique
Seruitor equos octo ab hero suo sibi commissos in Italiam
abducat, Equidem a Vr̃is Dil^bus, Deuo^bus et vobis beneuo-
lenter, amanter et benigne petimus, vobis uero subditis
nostris clementer iniungimus, vt eundem Antonium
p̃fatos octo equos secum auehentem quacunq; iter faciet
per V. Dil. et Deu. prouincias, uel quarum vobis
demandata est p̃fectura libere et tuto proficisci, et trans-
gredi patiamini, quin et de cætero, si quæ illi ad iter
illud com̃odius et expeditiùs prosequendum desidera-
buntur, iustum deferenti p̃tium beneuolenter suppedita-
ri iubeatis. Facturæ Vr̃æ quidem Dil^mus et
Deut^mus rem nobis ualde gratam futuram,

mutua

mutua beneuolentia et benignitate compensandam, Subditi vero nr̃i Clementi nr̃æ voluntati rectè obsequentur. Datæ Lintzij Vltima die Decemb. Anno ꝛc. M. D. LXV.

Τελὲς.